Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Tarvisium ipsius Marchie Tarvisane civitas / Et ipsa per hec tempora (ut Sicardo Cremonensi epo placet) a quibusdam troianis fundata fuit / Abluitur autem primo primo portis dividit Silo flumine qui ex ipsius propinquioribus montibus exit / Alysque uberrimis aquis in ea quasi stativenientibus irrigat / Ac Silius in mediterraneis Tarvisium urbem dividit / Cuius nomen prius inter vetustos habet plinius / Per tempora vero Ostrogothorum dignitate inclito asse videtur qua nunc habet / Eo quod Totile pater rex ibidem sedem regni sibi constituit / Unde totila qui postea quoque fuit Ostrogothorum rex et quidem prestantissimus Tarvisii natus educatusque est / Postea longobardorum regni initio quem alboinus rex eius gentis primus Italiam esset ingressus / Aquileiamque qualis tunc erat Et ceteras regionis urbes per deditionem recepisset / Tarvisium quia eius incole deditionem tardiusculo obtinuissent / spoliare ac diruere constituerat nisi felix ipsius urbis episcopus (ut Gregorius scribit) Uir timoratus ravenna oriundus regis barbarie sua prudentia et precum instantia delinisset / Ornataque fuit ea civitas altero prestanti episcopo hermolao barbaro / Qui sicut decet episcopum populo magis prodesse adnitebatur quam preesse / Quod autem ab hac urbe universa regio Tarvisana Marchia denominetur factum credo a minori nominis absurditate ut hec appellatio Marchie Tarvisane in ipsa manserit / Cum ea in regione sint amplissime civitates Verona atque Patavium / Que semper et dignitate atque potentatu nec non et opulentia Tarvisio antecesserunt / Longobardi enim in ea Italie parte maxima quam obtinebant regiones habuerunt quattuor a ducibus administratas In quibus nullum successionis ius filiis et nepotibus competebat / beneventanam : spoletanam : taurinensem et foroiuliensem : duasque opulentia et amplitudine superioribus pares Anconitana atque tarvisana esse voluerunt / Ea affectas lege conditione / ut qui regum aut gentis longobardorum consilii permissione et decreto impetrasset / eas filiis atque agnatis successione possidendas relinquendi ius facultatemque haberet / Nomenque hunc significans perpetuum magistratum in longobarda / barbarie marchionatus est appellatum / Hec ergo urbs Ecelini et Alberici eius germani de Romano (sicut patavium) tyranide non caruit / A quibus innumeras pertulit calamitates